

## Sermo

terit resisti. cui nihil poterit obijci contra quā nō poterit aduocari et ideo in secula seculoz non restabit miseris nisi pati. Ergo carissimi fratres mei qui vult effugere mala pene studeat deū cognoscere ex bonis nature studeat cognoscere et admirari ex bonis fortune studeat cognoscere et admirari et amare ex bonis gratie vt per hec possit pertingere ad bona glorie Ipso donante zc.

**D**ivina tertia sermo. lxxxvi.

### Humilitatis sub

**H**umilitatis sub potenti manu dei. vt vos exaltet in tempe visitationis. ij. pe. vlti vo. Cogitans aliqui de hoc vbo miratus sum plurimū. quō non omnes humilitatis itinera apprehendūt. Nam constat ex ipso nature instinctu omnes boies sublimationem sui esse appetere et deiectionem posse refugere. nec mirum quod ad bona sublimia factus est hō. Sed si cur patet ex ipsa scriptura. cui attestatur certa experientia sublimis via est ad deiectionem. humilis autē sublimatōem. ergo instinctu docētis nature. omnis deberet per plana incedere. vt sic posset ad sublimia puenire. Sed natura sic hodie est peruersa vt omnis homo gloriā appetat. sed viam humilitatis quā ad eam pueniat. odiat. fugiat et contemnat. vt cū nemo abbas esse possit. qui monachus ante non fuerit. Ita volunt abbates fieri et refugit monachari. ista ergo attendens apłus dicit. Humiliamini zc. In quo verbo primo nos ad humilitatē iurat. Humiliari em̄ est nobis datū in preceptum. Secūdo sub quo sit humiliandū in sinuat. deo em̄ subdi. oino est necessarium. Tercio vō quare sit humiliandū explānat. sublinari em̄ datur hūilib' in pmiū. Humilitas ergo nobis primo describitur sub ratione precepti. cum dicit humiliamini. Secūdo sub ratione act' necessarii cū inferi. sub potenti manu dei. Tercio vero sub ratione cōmodi siue meriti. cū statim adiun-

git. vt vos exaltet in tempe visitationis. Dicit ergo humiliamini. **N**otandum. quod ad humilitatem tria ad presens sunt necessaria scilicet cognitio sui. recogitatio peccati. proprii. et consideratio efficacis exempli. Viro em̄ mō hominē hūiliat cognitio sui. proprii. consideratio sue iniquitatis. et meditatio aliene bonitatis. nam cognitio sui est humilitatis inchoatiua. recordatio peccati proprii est inchoate promotiua. sed consideratio efficacis exempli est totius edificij cōpletiua. Dico ergo quod primū ad humilitatē inducēs est cognitio sui. sicut scriptū est in Ieremia. Humiliatio tua in medio tui. q. d. quod scripturarū celestia. quid ambulat per mundana. quid vagaris per quecūq; extranea. si hūiliari vis te ipsum considera. cogita ergo tecū ex qua materia sis formatus a deo. ex quibus vili materia generatus. ex quibus vili cibo in ventre nutritus cū quale veste sis in mundum effusus quibus in mundo sis curis expositus. et quis finis sit tibi preparat'. Quis ista aduerteret et sepe mente reuolueret. stultus esset si amplius superbiere auderet. vñ Innocentius dicit. Fecit deus hominem de limo terre. que ceteris vilior est elementis. Considerans ergo homo aquaticam se vile inueniet. considerans aerea se viliorē cognoscet. considerans vō igneam se vilissimū reputabit. Nec audebit se coequare celestibus nec poterit se pferre terrenis quia se parem iumentis inueniet. et similem cognoscet. Ecce quanta vilitas ex parte materie. Quedam alia tāgit. Berni. dicens. In sordibus generamur. in tenebris prouemur. matres plurimū oneramus. in dolibus parturimus. et in partu matris ventres more vipere laceramus et nudi nascimur. et membris oibus impotētes mundo exponimur. et a ploratu vitam incipimus. Unde ergo corpus hominis gloriatur cum sit sacculus stercore. cibus vermiculorum et materia pulueris et subdit. Mira vanitas et mirafacitas cordis nostri. cuius elationem